

1159

C O D I C E S

1160

scopis &c. Vineam domini sabaoth multiformes moluntur bestie demoliri &c. Indictio est Concilii Late-ranensis IV. ab eodem Innocentio a. 1215. prout habetur una cum mox relata Epistola Concc. Labb. T. XIII. edit. Venet. col. 909. pariter sectionem passa.

Adscripta demum est brevis Disquisitio de Peccatis et irroganda Poenitentia, quae incipit: *pro adulterio. fornicatione. periurio. homicidio manifesto. debet iniungi Septennis penitentia &c.*

CCCCLXX.

U. 630

Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 281. f. maj. per duas columnas angustas marginibus latissimis luculente exaratus, et coloribus illustratus est nobile Exemplar IV. Librorum Sententiarum Petri Ep. Parisini a Patria dicti Lombardi, qui a. 1164. excessit, quamquam Librarius nomen ejus nuspian adnotaverit. Libri singuli Distinctionum Rubricas praefuerunt, ut v. g. in Edit. Lovan. 1546. f. Itaque Liber I. orditur: *Omnis doctrina est de rebus uel signis. &c. Textus vero ipse a Proo-mio: Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra &c. Atque hinc incipiunt Notae marginibus currente quidem, sed ejusdem aevi calamo non parce adscriptae, et toto Volumine produetiae. Ad totius Operis calcem, quod rite definit: ad pedes usque via duce peruenit, legas: Secundum magistros parisenses Magister in sententiis declinauit a communibus opinioni-*

bus Magistrorum, et adferuntur Declinationes secundum omnes IV. Libros numero 30. Duplo igitur plures, quam Editionibus adjectae titulo: In quibus Magister non tenetur, reperiuntur.

CCCCLXXI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2294 XIV. Folior. 199. f. per duas columnas admodum eleganter perscriptus, rubricis comitus, et prius Monasterij sancte Dorothae Virginis in Wienna, aliud est praecedentis Operis Exemplum perpetuis Notis marginum illustratum, in cuius Theca antica recensentur ea, *In quibus magister Sententiarum non tenetur, sub juncta hac Notula: Anno 1153. Tempore friderici Imperatoris sub quo erat sci- sma. Qui eciam in Armenia in ri-pa submersus est, liber sententiarum compilatus est per petrum lom bardum parisius, et Indice alphabetico; in postica vero legitur: Emi a magistro Jo. Hesse tunc vi- cario Episcopi Ratisb. pro g. flo- renis ungaricis sub partu Redem- pcionis Anno. Domini. 1438. Bar- bare virginis.*

CCCCLXXII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3284 XIII. Folior. 260. f. pereleganter exaratus, minio pernotatus, et olim Coenobii Gärstenfis O. S. B. ad Styram super Austriae, Libros IV. Sententiarum Petri Lombardi habet, quorum duo saltem prima folia ita exciderunt, ut nunc ini-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1436

1161

D O G M A T I C I.

1162

initium sit a verbis: *Omne enim bonum nostrum uel ipse est, uel ab ipso est &c. quae leguntur L. I. Dist. I. Art. G.* Cetera omnia salva. Singulis Libris praefixi Elenchi, lectio proba. Thecae posti-

cae praeter metricam de peccatis Confessuri Institutionem variae aliae versu conclusae Sententiae commissae sunt, quarum en unam alteramque.

Cesset in alterius oculo reprehendere labem;
Qui solet in proprio lumine ferre trabem. Item:
Postquam Nobilitas seruilia cepit aniare,
Cepit Nobilitas cum seruis degenerare. Item:
Laetificor per do, sed per dabo munera perdo.
Per do certus ero, sed habebo per dabo sero. &c.

CCCCLXXIII.

U. 277 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 305. f. max. per duas columnas luculente, pereleganterque scriptus, rubricis, lem-niscis marginum, literis initiorum iconismos auro coloribusque picturatos referentibus splendidus exhibit *Petri Ep. Paris.* dicti a Patria *Lombardi*, Sec. XII. Scriptoris *Libros IV. Sententiarum*, unde *Magistri* vocabulum obtinuit. *Fol. 1.* currente calamo adscripti sunt *Articuli in quibus non tene-tur Magister sententiarum*, prout

post plures jam Sec. XV. editio-nes habentur ad calcem *Sententiarum Lovani* 1546. p. 396. f. Ipsius Operis initium a *Prologo* du-citur, qui infit: *Cupientes aliquid de Penuria ac tenuitate nostra cum paupercula in gagophylatum domini mittere &c.* Sequitur *Elenchus Capitum L. I.* non adnotatis *Di-stinctionibus*, quae tamen per Libri decursum notantur in margine, et haec porro sequentium etiam Librorum est ratio. *Lectionis* pro-bitas non abludit ab Exemplaris magnificientia, ad cuius calcem ad-jecit *Calligraphus*:

*In numero cleri quisquis probus optat haberri,
Est opus, ut scriptis iugiter meditetur in istis.*

CCCCLXXIV.

U. 287 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 187. f. per duas colu-mnas minutius exaratus, rubricis pernotatus, et olim testante The-ca anteriore *Petri Etter licentia-ti in Artibus et ciuis Wienn.* I. continet aliud *Petri Lombardi Ex-*

emplum, quod post Praefationem Syllabus Capitum omnium IV. Lib-rorum antecedit, Distinctionibus per decursum tantum in margine atramento notatis. Ad calcem haec minio: Maria dorothaea. Explici-unt sententie comparete et scripte per Johannem sacerdotem de erns-prunna interim socius (Gesellprie-ster)